

CIRCARIA BAVARIAE

Transgreditur haec Circaria limites antiqui ducatus Bavariae. Complectitur nempe etiam Tyrolum (Wilten) et Carinthiam (Griffen), quae ambo



Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

spectant ad Austriam.¹ In catalogis ante annum 1290 redactis Bavaria Circaria separatis adducitur a Suevica, ad quam tunc adhuc pertinuit Steingaden. Sed ab anno 1290 hae Circariae fuerunt unitae, ut appareat e recentioribus catalogis, et ex capitulis provincialibus Sueviae² Sed Servatius de Lairuelz reformator, qui anno 1601 has circarias visitavit, Bavariam iterum a Suevica seiunxit.

Steingaden, ut diximus, initio pertinuerat ad Circariam Sueviae. Schlägl primitus Bavariae aggregata, postea ad Bohemicam transiit, Speinshart similiter fecit, sed vice versa. Wilten anno 1454 ad breve tempus Circariae Saxoniae fuit unita, et etiam in posterum diu circariae sua fuit alienata. Griffen vero anno 1738 Circariae Bohemiae adnexa fuit. De jure praecedentiae disputabant Wilten et Windberg, ambo praetendentes se primo esse fundatas. Revera ambo errabant, quia de facto Osterhofen videtur esse monasterium antiquissimum circariae. Ortum est nempe anno 1128, Wilten 1138, Windberg inter 1130 et 40.

Ex abbatis bavaricis ordinis nostri nulla fuit tam praedicta et potens, sicut de nonnullis dicere valemus in vicinis circariis Sueviae et Bohemiae. Communitates raro numerum 20–30 canonicorum transgressae sunt.

Anno 1746 fuerunt in Neustift 29 religiosi, in Osterhofen 23, in St. Salvator 13, Schäftlarn 28, Speinshart 21, Steingaden 37, Wilten 57 et Windberg 38. In abolitione parthenonum, a Capitulo Generali saec. XIII decreta, haec circaria solutionem invenit prorsus novam. Asceteria juxta canonias existentia non fuerunt suppressa neque translata, sed manserunt in loco tamquam piae uniones laicarum ad instar tertiarum („Samenungen“, Weiße Betschwestern), propriis bonis praeditae³. Fuerunt absque ligamine legali cum ordine, vel cum abbatis. Saeculis XIV/XVI paulatim sunt extinctae.

Initio omnes canoniae a praepositis fuerunt gubernatae et paulatim in abbatis fuerunt evectae. Primo Windberg, maturius ceteris in Germania meridionali sitis anno 1146, tamquam ultimae vero satis sero Neustift (1717) et Griffen (1738). Circa annum 1400 multae canoniae coeperunt collabi, sed fuerunt, quae etiam in hoc saeculo obscuramente floruerunt. Nicolaus de Cues, Episcopus Brixinensis et reformator strenuus ecclesiae Germanicae, Wiltinam per Saxones reformatam voluit facere in centrum reformationis pro tota Circaria Bavariae, propter quod adiit Albertum III Bavariae ducem.

¹ Titulus Vicarii Generalis fuit propterea: „. . . per Bavariam, Palatinatum (propter Speinshart), Tyrolum et Carinthiam“. Canonici Wiltinensi et Gryphensi amissis, in fine saeculi XVIII Circaria se designavit ut „Palatino-Bavaria“.

² Cf. Valvakens, Capitula Sueviae I 99: „Rmi. Praelati Sueviae et Bavariae Circarium, quae in unam provinciam coniunctae sunt.“

³ WEISTHANNER Trad. Scheftlarienses, passim.

Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Qui consentit, et Nicolaus an 1459 commissionem reformatoram pro circa-
ria instituit, praesidente abbe Wiltinensi. Sed mortuo duce iam anno se-
quenti, hoc tentamen invenit finem⁴. Albertus IV dux anno 1520 per provin-
cialem Eremitarum Sti. Augustini, Staupitz, quem e vita Lutheri novimus,
Electorem Saxoniae Fridericum adiit, ut illi in reformanda Circaria Bavariae
Ord. Praem. succurreret. Ille vero praeposito Mildenfurtensi hoc mandatum
imposuit⁵. Sed nulla reformatio vere successit, usque ad initium saeculi se-
quentis, cum Lairuelio instigante, „duo Voglij in Bavaria“, abbates nempe
Windbergensis et Osterhoviensis, fratres germani, novam vitam et novum
spiritum excitarunt, ad normam canoniarum Sueviae, ad quam circariam Ba-
vari tunc spectabant. Anno 1659 Wiltina se obtulit pro domo studii genera-
lis, sed pauci tantum abbates studentes suos eo miserunt. Nihilominus saec.
XVII/XVIII tota circaria optime floruit quoad omnia.

Nova aedificia sunt ubique erecta, et sicuti iam in medio aevo, scientiae et
studia fuerunt magno in honore, et gloriari potest circaria haud paucis scrip-
toribus, artificibus et viris doctis.

Munus provisoris videtur numquam fuisse notum in ea, cuius loco exstitit
„granarius“⁶, et Prior cum Supprie e propriis capsis pro necessitatibus
fratrum curam habuerunt. Peculum, a reformatione saeculi XVII abroga-
tum, saeculo sequenti iterum viguit. Novitiatus communis non extitit, immo
putaverunt abbates se hac in re specialibus frui privilegiis⁷. Saeculo XVII ad
breve tantum tempus fuit introductus (in Steingaden), nec studium com-
mune, Ingolstadii hoc tempore institutum, diu manere potuit. Plures abbates
et religiosi numerantur inter „Venerabiles“ Ordinis, sed nullius cultus et ad-
missus.

Anno 1769 statuit Elector Bavariae, omnes nexus monasteriorum territo-
rii sui cum superioribus extraneis esse rumpendos. Circaria nostra hoc obe-
dienter fecit, nulla misit amplius subsidia vel tallia, suspendit potestatem pa-
trum abbatum extra Bavariam degentium, quod tetigit praesertim Ursber-
gensem. Abbatis Generalis auctoritas pro sequentibus tantum mansit
recognita: Confirmatio neoelecti Vicarii Generalis, simul ac decretorum ca-
pitulorum provincialium (quae vero cessaverant), et depositio abbatum.⁸
Wilten propter hoc a Circaria fuit separata, et anno 1781 etiam Josephus II.

⁴ LENTZE, Nicolaus v. Cues (v. infra apvd Wilten).

⁵ R. DIETZEL, Das Präm. Kl. Mildenfurt b. Weida, Jena 1937, p 74.

⁶ Sicut etiam in Circaria Sueviae, cf. Cap. Sueviae I 137. Designatio haec, germanice
„Kastner“, adhuc hodie adhibetur in canonia Wiltinensi.

⁷ cf. Anal. Praem. IX 309 et XI 105.

⁸ Vide N. Backmund, Die letzten Jahre der Bayr. Zirkarie, Anal. Praem. L 1974,
112/18.

Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Imperator per similem legem omnem relationem cleri regularis sui imperii adhuc rigorosius interdixit. Aliquot annis post suppressionem Societatis Jesu, anno 1781, Circariae commissum est ab Electore Bavariae Gymnasium Landishutense, quod mutatum fuit cum Straubingensi anno 1794. Anno 1799, iam imminente saecularisatione, Elector adiit abbates Circariae, ut illi schema proponerent ad novam constitutionem „tempori adaptatam“ ordini in Bavaria dandam, quod schema ultimus abbas Steingadensis anno 1802 luculenter et ad amussim illi exposuit. Sed frustra, anno 1803 omnes canoniae praeter Wiltinensem sunt suppressae. Feliciter omnes ecclesiae abbatiales, quae partim sunt ex pulcherrimis totius Bavariae, et fere omnia aedificia claustralicia supersunt.

Griffen iam anno 1786 interierat, Wiltina, sub regimine bavaro suppressa revixit tamen, et anno 1859 Circariae Austriacae fuit adnexa. Sed nuper etiam in Bavariam ipsam ordo revertit, cum anno 1921 Speinshart, 1923 Windberg sint restauratae.

GRIFFEN Assumptio B.M.V.

Primitus vocabatur Oberndorf, a fundatione coenobii vero Griven, -ifen, -ena; Ecclesia B.M.V. in Valle Griven-, Grifenthal, Gryphense. Slovenice: Klošter. Hodie nuncupatur Stift Griffen, ut vitetur confusio cum vicino municipio Markt Griffen (slovenice: Grebinj).

Secus viam inter Völkermarkt et St. Andrä, in Carinthia linguae slavicae, sed ditionis austriacae. Archidioec. Salisburgensis, postremo dioec. Gurk-Klagenfurt.

Praepositura, dein (1738) abbatia. Fundata est anno 1236 ab Egberto Episcopo Bambergensi, qui hac in regione dissita iura et dominium exercuit. Anno sequenti traditur ordini et quidem canonicis de Vessra. Confirmatio papalis anno 1237, anno vero 1272 Herbordus episcopus Lavantensis consecrat ecclesiam adhuc stantem. Comites de Heunburg fuerunt benefactores insignes. Traditae sunt ei multae capellae, et parochiae sequentes tamquam incorporatae: Stift Griffen, Greutschach 1238. St. Peter in der Perau 1280, Haimburg 1281, Wolfnitz ante 1451, Weissenegg ante 1521, Markt Griffen 1696, Hl. Kreuz prope Villach 1751, jus praeresentationis in Grafenbach. Incorporatur canoniae anno 1280, etiam per Bertholdum episcopum Bambergensem hospitale Stae. Catharinae in Villach, pro 12 peregrinis pauperis et infirmis. Etsi anno 1475 praepositi infulentur, canonia saeculis XV–XVII tantopere elanguit, ut plus semel interitui fuerit proxima. Anno 1601, instigante archiduce Ferdinando, a Clemente Pp. VIII supprimitur, ut Collegio

Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

S.J. in Graz detur in dotationem. Quod ab episcopo Bambergensi impeditur, et loco nostrae canoniae aliud monasterium in hunc finem supprimitur. Annis 1648 et 1750 canonia incendio deletur.

Canonia adeo dependebat et vexabatur a Bambergensibus, ut illi immo interdixerint visitationes a latere circariae Bavariae, ad quam spectabat. Quod erat, praeter distantiam, causa praecipua relaxationis disciplinae saec. XVII/XVIII. Post suppressionem Vessrae erat sub paternitate Cellae Superioris, ab anno 1616 vero de Steingaden. Iam an. 1718, Capitulum Provinciale Bavariae decidit, Griffen versari in statu tam miserabili, ut esset praeferrendum eam iungere Circariae Bohemiac. Anno 1723 Carolus praepositus impetrat decisionem caesaream in favorem canoniae, contra Bambergenses. Transitus ad circarium Bohemiae efficitur anno demum 1738 per Capitulum Generale, una cum elevatione ad statum abbatiale, tamquam ultima in Germania. Subditur abhinc paternitati abbatiae Lucensis (Louka). Canonia, quae circa annum 1700 reconstructa fuerat ex integro ad intus et ad extra, anno 1786 suppressa est. Fuerunt ibi decem canonici residentes, et 14 in parochiis. Aedes supersunt integrae. Ecclesia, bene restaurata, nunc est parochialis. Praelatura cum terris est proprietas privata, in monasterio habitat parochus. Nostris diebus in hac aede desolata per aliquot tempus degebat communitas quaedam „Fratum OSB“.

Archivalia: Sicut et bibliotheca, quoad maiorem partem in incendiis et praesertim post suppressionem perierunt. Pauca supersunt.: StA Wien: 10 dipl. 1428/1706 – Kärntner Landesarchiv MS 2/15: Kopialbuch 1549, 4 fasc. Literalia s. XVIII. Bambergensia XXVI 155 f. 60, et varia MSS et volumina saec. XVI/XIX, Fundationes et „Stiftbücher“. – Ebd. Sammelarchiv des Geschichtsvereins Kärnten, Klagenfurt: 1 Bd. MSS 1557/1781 Diözesanarchiv Klagenfurt: Faszikel Bände Stift Griffen (IV: Regestensammlung des Abtes Raphael Mudrack) – Steyr. Landesarchiv Graz, HS Verz nr. 222: Griffener Urkundenabschriften XIX Jrh. – StA Bamberg: III Misc. Nr. 781 (Rechnungen des Kastenamtes 1591/1601); Kärntner Kopialbücher, Rep. B. 67/XIII Nr. 1500 (1476) – Bamberg, Diöz. Archiv Fach 23 Nr. 270 – Stiftsarchiv St. Paul: Urk. von 1475 (Urk. Verz. Nr. 382) – BMun Nancy 992/VIII 409/22

Literatura: Andritsch I 16, 49, 72 – BACKMUND Prov. Kap. – BITTNER III 95 – DHGE – FIEDLER Austria Sacra V 306/07 – GABRIEL 8 – GERITS Univ. Prem. 354 – GOOVAERTS I 327, 431, 579, 608, II 203 – HHSÖ II 221 – HUGO Ann. Praem. I 781, prob. 617/20 – JOHN, Canons 57 – LThK IV 704 – LINDNER Metr. Sal. 98/101 – PFIFFIG 06. Oeras 236 – POTTHAST RPR 10412 – WAEFELGHEM 102 – ZAK Österr. Klb. 58 – Auszüge aus dem Kopialbuch des Klosters G (Regesten 1250/1500) in: Carinthia I 1862, p. 190 – O. DEMUS, Neuentdeckte Wand- und Deckenmalereien in Kärnten (Die Denkmalpflege 1931, 68) – A. EICHHORN, Beiträge zur älteren Geschichte und Topographie des Hzms. Kärnten, Klagenfurt 1817/19, I 231/36 – H. FISCHER, Katalog der Handschriften der Kgl. Bibliothek zu Bamberg, B. 1912, III Misc. Nr. 781 – H. GERM, Burg und Stift G. (Fürs Kärntner Heim, 1929, Nr. 15) – K. GINHART, Österr. Kunstopgraphie, Kunstdenkmäler Kärntens, VII Klagenfurt 1933, Pol. Bez. Völ-

Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

kermarkt 33/38 – F. G. HANN, Die bemalten Holzreliefs im Kreuzgang der Stiftskirche zu Griffental (Carinthia I 1893, 128) – A. v. JAKSCH, Monumenta Historica Ducatus Carinthiae, Klagenfurt 1896, IV1, XIII–XIV – G. KÖRNER, Griffen im Spiegel s. Vergangenheit. Eine Kleine Geschichte von Burg und Markt Griffen bis z. Jahr 1759, Griffen 1969 – S. LASCHITZER, Geschichte der Klosterbibliotheken und Archive Kärntens zur Zeit ihrer Aufhebung (Carinthia I 1883, p. 161 ff.) – J. LOOSHORN, Geschichte des Bistums Bamberg, II München 1888, pp. 661, 753, 881 – C. MEISENZAHN, Das Präm. Chorherrnstift Veßra, Meiningen 1914, 32/33 – G. MORO, Zur Geschichte des Bamberger Besitzes in Kärnten, (Festschrift Karl Eder) 1959 – B. SCHROLL, Das Präm. Stift St. Maria zu Griffenthal (Arch. f. Vaterland. Geschichte u. Topographie XVI, Klagenfurt 1886) – N. VALVASOR, Ducatus Carinthiae, Klagenfurt 1668 (*imago saec. SVII*) idem apud MERIAN, Topographia Provinciarum Austriacarum (1649) – J. WAGNER, Album für Kärnten, 1845, p. 102 – J. WIDRICH, Seelgerätschaftungen beim Kloster G. Diss. Graz 1963 (hektogr.) – A. WOLF, Die Aufhebung der Klöster in Innerösterreich, Wien 1871, 153/55 – A. ZAK, Zur Geschichte des Präm. Stiftes G. (Carinthia 1892, p. 87 ff.) M. B. ZOIS, Stift Gr. in Unterkärnten (Kärnten 1929, 94)

Series praepositorum et abbatum: (Lindner, Meisenzahl)

Konrad I 1238	Christoph Mosburger 14..
Balduinus 1258/66	(1421/41 fuit praepositus in Ebern-dorf OSA)
Godefridus I. 1267/70	Friedrich II 1425/28
Pilgrim I ca. 1270	Johannes III 1428/46
Konrad II + 1271	Antonius 1446/56
Eberhard 1271/72	Johannes IV 1456/67
Johannes I 1276/84	Oswald III 14..
Leonhard 1291	Laurentius 146./70
Konrad III 1292/1301	Johannes V 1474/98, + 1501
Marquard I 1305	Andreas Thanner 1501–28, res.
Gottfried II 1309	Johann v. Zollner 1528–30, fuit
Marquard II 1312/18	deinceps abbas intrusus in Rein O. Cist.
Friedrich I 1319	Martin I. Lindmayr 1530/35
Heinrich I 1332/33	Heinrich II Quirill 1536/37
Berthold I 1336	Georg I Grebien 1537–61
Oswald I 1339/46	Martin II Ammer 1561–71
Konrad IV 1347	Kolomann Vallöder 1574/75
Albert von Veßra 1348	Simon Ladinig 1575–81
Oswald II + 1349	Lukas Güetl 1581–85
Nikolaus 1349/87	Sebastian Werner (de Oberzell)
Konrad V 1387/94	1585–88
Johannes II 1394/1401	Martin III Uebeleysen 1588–96
Pilgrim II 1401/05	
Achatius 1419	

Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Martin IV Brenner 1596–99	Rupert Potens 1670–96
Philipp Baumann (Agricola. De Oberzell) 1599–1604	Joseph I. Karner 1697–1704
Georg II Zwierlin (de Oberzell) 1604–17	Augustin Pichler 1704–20 res. + 1756
Petrus Bavarus (Bayer) 1617–32	Karl v. Mayersberg 1722–31 res.
Baltasar Künigl (Regulus) 1633–51	Maximilian Goldegg 1732–36, fuit deinde —1745 praepositus in Jaszo
Norbert Cramer 1652–67	Joseph II von Sichten 1737–40
Bartholomaeus Raudiesch 1667–70	
	Abbates
Hermann Joseph Felber 1740–58, res. + 1759	Raphael Mudrack 1759–78 Gottfried III Mayerhofer 1779–86
	Inseri nequeunt:
Andreas + 8. 5. 14..	Necr. Seccoviense
Andreas + 4. 8. 14..	
Christianus + 22. VIII	Necr. Speinshartense

NEUSTIFT SS. Petri et Pauli

Neun-, Neuen-, Newen-, Niwen-, Newstüfft, -stifft; das Neue Stift, Neuzell, Nova-, Neo-, Neacella, Novus Locus Frisingensis, -apud Frisingam. Saepe confunditur cum canonia OSA eiusdem nominis prope Brixianam in Tyrolo.

Prope Freising (Oberbayern), cui hodie est incorporatum, et ad cuius dioecesim (hodie München–Freising) pertinet.

Annus fundationis huius canoniae non certe constat¹. Atqui Annales Osterhovienses, fons quoad monasteria huius circariae omnino fide dignus, enarrant: „Anno Domini 1143 datur Ordini. Praem. ecclesia Novacelle prope Frisingam, de ordine circumcellionum vel peccardorum“. Ex quo patet ibi fuisse communitas quaedam „praeregularis“, fratum nempe et sororum, qui probabiliter curae infirmorum incubuerunt. Cui Otto Episcopus Frisingensis, reformationem ecclesiae per fundationem monasteriorum anhelans, canoniam Ord. Praem. substituit, quae communitatem praecedentem probabiliter absorbuit, aucta coetu religiosorum utriusque sexus ex Ursberga advolato. Quod factum esse videtur anno 1142. Anno sequenti enim iam fit confirmatio papalis. Canonici monasterium suum probabiliter erexe-

¹ cf. BUSLEY Frühgeschichte 55/57.

Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

runt juxta ecclesiam Sti. Godehardi, ubi reliquiae duorum sanctorum scotorum, Mariani scilicet et Theclani, erant conditae², dum sorores, ut antea, servierint hospitale Sto. Alexio dedicatum. Qui patroni mox mutati sunt in patrocinium SS. Petri et Pauli. Inter benefactores emicuerunt marchiones Austriae, tamen canonia mansit paupera. Quater insuper ex toto concremata est, prima vice iam an. 1160. Parochiae et ecclesiae incorporatae: Allershausen ca. 1152, cum 7 ecclesiis filialibus; Kirchdorf a.d. Amper cum octo huismodi an. 1358; Haindlfing ab an. 1312 excurrendo administratur cum suis filialibus Kleinviecht et praesertim Tünthenhausen, quod saec. XV/XVI considerabatur ut parochia. Pro tribus his ecclesiis fons baptismalis fuit in ecclesia canoniae, quae ipsa numquam fuit parochialis. Tamquam ultima an. 1519 incorporata est parochia Ebersdorf prope Persenbeug in Austria, ubi, sicut in Allershausen et in Kirchdorf, canonici exponi solebant. Status personalis an. 1263: 4 canonici, 4 clericci, 3 novitii et 4 conversi. An. 1491: 7 religiosi, 1656: 13, 1676: 21, 1746: 29, 1803: 19. Post magnum collapsum saeculo XVI, initio saeculi sequentis, adiuvantibus canonicis ex Brabantia, vita communis refloruit, sed post destructionem totalem anno 1634 diu elanguit. Tunc archivum fuit perditum. Praepositus Mathias Widmann (1692–1721), ab anno 1700 coepit reconstruere ecclesiam et monasterium per celebrem architectum A. Viscardi. Tamquam ultima ex canoniis bavaris ordinis anno demum 1717 erecta est in abbatiam, et pontificalibus est aucta, primo „ad personam“ tantum, anno 1722 et pro successoribus. Anno 1751 iterum funditus combusta est canonia. Artifices celeberrimi collaboraverunt in reconstructione: J. M. Fischer, F. X. Feichtmayer, J. B. Zimmermann et I. Günther. Ipsum monasterium est absque decore, tamen adest pulchra bibliotheca separate constructa. Anno 1782 canonia perdidit parochiam suam in Ebersdorf. Die 23a aprilis an. 1803 est suppressa. Omnia aedificia supersunt. Ecclesia primo facta est filialis parochiae Sti. Georgii Frisingae, anno 1850 expositione, ab anno demum 1892 est parochia. Monasterium diu rebus militaribus inservit, an. 1905 fit manufatura textilis. Postremo vero in eo erant officinae tantum et habitationes privatae. Nuper est venditum.

De monialibus parum scitur, vix verbum fit de eis in archivis. Saeculo XIII vel XIV videntur fuisse extinctae.

Archivalia: Staatsbibl. München: clm 1083 Monumenta Neocellensia 14/15. saec; clm 1377: Fundatio Colleg. Neocell. eiusque praepositorum successio, chartae visitationum et reformationis (saec. XVI–XVIII); clm 1379 Catalogus Bibliothecae. – clm 6812/21 – Hauptstaatsarch. München 134 chartae 1142–1799 (usque ad an. 1400 elaboratae a BUSLEY/Trad.) – 26 Literalia 12–18. saec. – StA Oberbayern: KL

² Cella monachorum scotorum, de qua loquitur BRUSCHIUS, authentice probari nequit. Erat forte, tempore illius, mera traditio nullo documento probata.

Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

496/1–501/27 – Ibidem Generalregistratur 680/25b – StA Landshut: Rep. 69f. 1002, nr. 733 – Niederösterr. Landesarchiv Wien: 3 Grundbücher KG Krems saec. XVII/XIX – Metropolitanarchiv München: Fasc. 284/85: P. KAIDL O. Praem., Diptychon Canoniae Neocellensis (MS anni 1780, fons praestantissimus) – Diözesanarchiv St. Pölten, Bestand Ebersdorf: acta 1501/1766 – Pfarrarchiv St. Georg Freising Archivalia minutius adducuntur apud BACKMUND Chorh. 174

Bibliographia: ARETIN (1805) IV 179/88 – BACKMUND Chorh. 172/74 – IDEM Prov. Kap. – BAUSA 223 – BITTERAUF cf. ind. – BRACKMANN GP I 642/43 – IDEM Stud. Vorarb. GP 60, 65, 66 – BRUSCHIUS Cent. 658 – BÜNGER 13, 35, 234 – CCLBM I 1, 230 – DEHIO/GALL Obb. 73 – DEUTINGER Ält. Matr. I 31, 86, 202ff. – ERTL 188 – Form. Pr. Nr. 281 – GABRIEL 7 – GERITS Prem. – GLASSCHRÖDER II 125 – HARTIG Obb. II 11/18 – HHD VII 487 – HAtL Altb. Heft 11/1 2, 220 – HUGO II 331 – prob. 203/08 – HUND GEWOLD II Mon. 527/29, Rat. 364/65 – HUTER I lv, II 397 – JOHN Canons – KDB I 424 ff. – KFRecl 283 – Kunstf. Schnell 255 (1937) – LAIRUELZ 409 – LIENHARDT Eph. Hag. 165, 301 – LiSal 210/14 – LThK VII 927 – MAYER WESTERMAYER I 438, 454 – MB IX 525/610 – MEICHELBECK I 1, 320/23 – MEIDINGER I 348/50, II 321 – MELCHINGER II 499 – MGH Ann. Osterhof. XV/2, 1105 f. – OESTERLEY 395 – POTTAST RPR 8171 – RegBoica Regb. 112 – RepGerm II 940, IV 483 – SANTIFALLER I 1, 198, II 1, 70, 324 – SCHEGLMANN III 303/11 – SCHERG BV Nr. 121 – SCHRAUDNER 97/98 – SPECHT cf. ind. – STEINBERGER 7, 8 – STÖCKLE 206 – TREMEL 78/79 – UTTENDORFER FrFb 118 – WAEFELGHEM 177, 379 – WEISTHANNER Reg. Otto Nr. 39, 40, 76, 131, 132, 178, 179 – IDEM Trad. Schäftl. cf. ind. – WENING I 77 – WICHMANN I 799 – ZIMMERMANN Kloherald. 106/07 – N. BACKMUND, Professbücher oberbayrischer Präm. Klöster I. Teil, Neustift (Beiträge zur Altbayr. Kirchengeschichte XXXIII München 1981, 41/90) – BIRKNER Österr. Besitzungen des Klosters N. (Frigisinga IV 1927, 209/12) – K. BUSCH, Ehemal. Freisinger Bilderschätze, 1 Neustift (SBIHVFr XX 1937, 1/29) – H. J. BUSLEY, Frühgeschichte des von Otto I. gegründeten Klosters N. (in: Otto v. Freising, Gedenkgabe zu seinen 800jähr. Todestag, HV Freising 1958, 49/64) – IDEM, Die Urkunden und Urbar des Klosters N. bei Freising (QE München 1961) – J. ENGEL, Das Schisma Barbarossas im Bistum und Hochstift Freising 1159–1179, München 1930; S. 137, 158 – G. FELLERER, Beiträge zur Musikgeschichte Freisings, Fr. 1926, S. 155 – Frigisinga 1925: 38, 495, 526; 1926: 534, 1927: 173/76, 196/206, 371/73; 1928: 50/51, 1931: 24/25 – J. GRASSINGER, Die Pfarrei Allershausen (OA XXVII 1866, 141/94) – M. HARTIG, Freising (Deutsche Kunstdührer Bd. 3, Augsburg 1928, 35/36) – C. MEICHELBECK, Kurtze Freisingische Chronica, Freising 1724, S. 138/39, 154 – V. MEILLER, Das Banntaidingsbuch von Ebersdorf (AKÖG XII 267ff.) – S. MÜHLBAUER, Die Traditionen des Klosters N. (Diss. München 1949) – J. PRECHTL, Das ehemal. Kloster N. (Beiträge zur Geschichte v. Freising, 3. Lief. Freising 1877, 1/59) – J. SCHEUERL, Die Geschichte Neustifts (S-A aus dem Freisinger Tagblatt 1937) – M. SCHLAMP, Die Präm. in Neustift (Frigisinga 1934, Nr. 8–10) – IDEM, Neustift in Wenings Topographie von Bayern (ibid. II 1925, Buchausgabe 236/41) – IDEM, Wie es um die Klosterkirche von N. in den 40er Jahren des vorigen Jahrhunderts stand (ibidem IV, 1927, Buchausg. 287/90) – IDEM, Die Klöster Weihenstephan und N. in der Chronologia monast. des Humanisten Bruschius 1551 (ibid. IV 1927, Buchausg. 154/206) – IDEM, Studien zur älteren Geschichte der Stadt Freising (SBIHVFr XIX 1935, 46/48)

Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Series praesulum

Praepositi usque ad saeculum XVI sunt saepe incerti. Adducimus hic infra nomina et data eorum secundum Bruschium, qui caute est legendus, sed qui dispositus adhuc de archivio ut erat ante destructionem totalem anno 1634. In parenthesi inseremus data, ut constant ex archivis qui supersunt secundum SCHLAMP et BUSLEY.

Hermann 1141–ca. 65 (1143/63)	Gundekar 1382/88
Konrad ca. 1165/69 (1169)	Stephanus Protzenest 1388–1410
Engelschalcus ca. 1169–ca. 1185 (post 1169/84)	Ulricus Weiß 1410/25
Henricus 1185–ca. 1205 (1186, 1203)	Ulricus Holmas 1425/46 (1434)
Meinhardus inter an 1205–08	Joannes Schmidhofer 1446/76 (1447/71)
Albertus ca. 1208/21	Konradus Aigelshaimer 1474/95 (1480/95)
Gumpoldus ca. 1221/23	Joannes Büchselmacher (Pixenmaister) 1495/1512 (idem)
Gozwinus ca. 1223/30 (1228)	Konradus Attinger 1512/14 (1514)
Ulricus ca. 1230/50 (1235/37)	Stephan Thaimer 1514/61 (1519/51)
Konrad 1250/67 (1253/63) ³	Petrus Phar 1561/62 (1562)
Ulricus 1267/96 (1276/96)	Petrus Paulus Doler 1579/93 (1591/93)
Grimoldus 1296/97 (idem)	Jacobus Küttel 1593–95
Arnoldus 1297/1316 (1300/12)	Petrus Schlaich 1595–1605
Ludovicus ca. 1316/19	Joannes Dollinger 1605–17
Henricus de Sterzing ca. 1319/20 (idem)	Joannes Textor (Weber) 1617–48
Konradus 1321/25 (1324)	Paulus Voith 1648–56
Hermannus ca. 1325/35 (1326/34)	Philippus 1656–59 depos.
Konradus ca. 1335/40 (1336)	Administratores:
Henricus ca. 1340/42	Chrysostomus Faber 1660–61
Hermannus ca. 1342/52 (1346)	Marianus Galgamayr 1661–63, pre-
Henricus ca. 1352/56	positus 1661–75
Fridericus de Leibnitz ca. 1356/69 (1358)	Bernardus Neumayr 1686–91
Matthaeus ca. 1369/70	
Albertus ca. 1370/82 (1378/80)	

Abbates

Mathias Widmann 1692–1721	Ascanius Heinbogen 1740–75
Jacob Lacopius Gruber 1721–40	Joseph Gaspar 1775–94

³ Conradus electus est praepositus in Osterhofen anno 1265, anno 1281 factus est abbas in Windberg (Ann. Osterh. MGH XVII 547).

Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Castulus Wohlmuth 1794–1802.
Obiit ante suppressionem. Guber-

nium novam electionem non iam
permisit.

OSTERHOFEN Sta. Margareta

Osterhoven, -hovium, Ostreovia, Austravia. Hodie vocatur generatim Altenmarkt vel Damenstift.
Non longe a Danubio, inter Straubing et Vilshofen. Bavaria Inferior Dioc. Passau.

Fundatio ab Odilone Duce peracta pro monachis nigris saeculo VIII certe est fabula, saec. XVI a Bruschio et aliis humanistis inventa. Saeculo illo VIII ibi fuit curia ducalis, quae Tassilone deposito, facta est regia. Henricus V Bavariae Dux ibi fundavit inter annos 1004 et 1009 ecclesiam collegiatam, quam Henricus II Imperator an. 1017 donat ecclesiae Bambergensi. Anno 1128 – ut probant Annales Osterhovienses – Stus. Otto episcopus Bambergensis eo advocat Praemonstratenses utriusque sexus ex Ursberga, cui abhinc subdita fuit ut filia. Sorores anno demum 1198 prima vice in chartis occurunt, secus nihil scitur de sorte earum, nomina paucarum tradita sunt in necrologio Windbergensi. Probabiliter saeculo XIII sunt extinctae. Versus finem saec. XII in bello devastatur canonia, ecclesia denuo consecrata est an. 1195. Iam an. 1288 fit abbatia, anno demum 1414 obtinet pontificalia. Anno 1309 fit mater canoniae Sti. Salvatoris, ad tempus etiam paternitatem exercuit in coenobium Plagense (Schlägl). Charta vero, quae eam reddere debuit legitimam, est spuria. Parochiae incorporatae et administratae: 1159 Kasten (translata an. 1480 in Arbing), Kriestorf 1159, quam in posterum iterum amisit. An. 1228 Osterhofen, quod est vicus a canonia separatus. 1259 Mühlham, postea vocatum Haardorf, 1301 Winzer, 1304 ipse locus Altenmarkt, ubi est situs canoniae. Insuper ecclesiae Vierhöfen, Zenting 1176, sanctuarium Kreuzberg prope Haardorf 1262, Preying, ubi canonicus solebat residere ab an. 1356, et capellae castrales in Dießenstein 1366 et Ranfels. Annis 1288–1313 hic scriptae sunt „Annales Osterhovienses“, qui sunt eximius fons pro historia ordinis. Primus abbas Ulricus de Holzheim, illo regnans tempore, petivit anno 1305 gratiam a Capitulo Generali celebrandi festum „Conceptionis B.M.V.“. Anno 1375 extincta est familia comitum de Hals, quae ut advocati valde oppresserat monasterium. Heres eorum, comes de Leuchtenberg, transtulit mercatum juxta abbatiam existentem in vicum vicinum Osterhofen, qui hac re factum est oppidum. Abhinc tantum, locus in quo sita est canonia, vocabatur „Altenmarkt“ (= vetus mercatum); canonia ipsa vero semper retinuit nomen suum. Floruit valde saec. XV, sed saeculo

Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

sequenti elanguit, et mala laborabat disciplina. Anno 1512 combusta est. Abbas Wolfgangus Scharfnickel an 1557 fit lutheranus. Exeunte vero saeculo XVI crisis erat superata, abbas Michael Vögele (+ 1604) zelose collaboravit cum fratre suo germano Andrea abbati Windbergensi et cum Servatio de Lairuelz, abate Mussipontano, in reformatione Ordinis in Bavaria et Suevia. Status personalis: 1287:12; 1558:13; 1579:10; 1625:19; 1701:18; 1727:21; 1746:23; 1765:25; 1783:14 religiosi. Anno 1701 denuo incendio deletur canonia, ampla eius reconstructio fit annis 1717/27 per abbatem Josepho Mari. Successor eius loco antiquae ecclesiae romanicae erexit splendidum templum hodiernum. Ope artificum praeclarorum ut fratres Asam, J. M. Fischer et F. Cuvilliés ecclesia haec, anno 1740 consecrata (etsi nondum perfecta) et nuper optime renovata, potest considerari ut pulcherrima totius Bavariae Inferioris. Tamen canonia hac structura tanto aere alieno est onerata, ut an. 1769 admissio novitiorum fuerit restricta, et an. 1775 Vicarius Generalis Circariae omnes abbates ordinis adierit, ut auxilio suo pecuniario canoniam ab interitu salvarent, sed in cassum. Vidua principis electoris, Maria Anna Sophia, apud Summum Pontificem impetravit illius suppressionem, ad dotandam domum quandam canonissarum saecularium ad Stam. Annam, ab ipsa electrice Monachii erecturam. Praetextum fuit aes alienum, qua canonia nimis fuit oppressa – quod vero non erat verum, quia aeri alieno 367 000 florenorum fuerunt opposita capitalia activa 969 000 florenorum. Non obstante resistente pertinace sanioris partis conventus, peracta est suppressio die 29a decembris anni 1783. Conventus permanxit per aliquot tempus in loco, post annum 1800 ibi paulatim obierunt ultimi canonici. Vixit ibi etiam una alterare canonissa. Bibliotheca et maior pars archivi deperdita sunt et pessum-data. Monasterium fit vacuum et desolatum. Ecclesia anno 1818 fit parochialis. Anno 1833 canonissae Stae. Annae, mutatae in institutum mere saeculare, vendiderunt aedes cum omnibus bonis gubernio, et tunc demum peracta est vera saecularizatio. Magnum fuit periculum, ut aedes destruerentur. Sed comes Preysing de Moos adquirendo eas salvavit, et anno 1858 datae sunt Instituto B.M.V. vulgo „Englische Fräulein“, quae habent ibi lyceum pro puellis usque hodie. Pars alae occidentalis, antiqua praelatura, in praxatorium iam diu deturpata, anno 1938 corruit et destructa est.

Manuscripta: Annales Osterhovienses: Cod. Vindobon. 380 (Abschrift clm 27199) edd. WATTENBACH in MGH SS 537/58 (usque ad an. 1433); POTTHAST Bibl. Medii Aevi I, 2, 281 ff. – Staatsbibl. München: Antiquitates Osterhov.: clm 1204 ff. 47 ff., – StB München clm 1365, 1730 (Collectanea Historica), clm 14894, 27164; Liturg. HSS 9901/03 – Stiftsbibl. St. Florian: Papierhandschr. 18. Jahrh. pp. 98/138: Chronicon Osterhoviense. – Bibl. Publ. Nancy MS 991/II 359/70, 992 153/255; 999: 52, 56, 866. –

Archivalia: HStA München: 37 Urk. 1231–1693; 17 Lit. 13../1763; Urbar 1349;

Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Zins u. Giltreg. 1440; Giltbüchlein der österr. Besitzungen 16. Jahrh., Akten betr. der Resignation des Abtes G. Schregl 1555; 2 Sammelbde. z. T. über Disziplinarfälle 16/17. Jahrh.; Zehentreg. 1717/27; Jurisdiktionsstreitigkeiten 1756–63; Verzeichnis der MSS der Bibliothek 17/18. Jahrh.; 65 Totenroteln. – GRP 16/18. Jahrh. cf. ind. – Bestand Damenstift St. Anna: Einige Urkunden betr. Salzzufuhr 14. Jahrh., Säkularisation. – StA München: Generalregistratur 759/4, 3164, 3169 – StA Landshut Fasz. 67: Rechnungswesen, Fasz. 10/11 Jurisdiktion, Nr. 11 u. 12 Zehent, Rep. 79 fol. 52 Nr. 17; Scharwerk, Nr. 18: Ernennung eines Administrators 1547; Nr. 19 Visitationen; Fasz. 236 Nr. 64: Streitigkeiten mit Altenmarkt, F. 239 Nr. 89: Prälatenwahl, Nr. 90: Differenzen mit der Stadt O. (Brauereisachen), Nr. 96 desgl. mit der Familie Cloßen; F. 240 Nr. 101: Pfarrei Winzer; F. 241 Nr. 108, 130: Grundherrschaftl. Differenzen, desgl. in Rep. 81/83, 87; Nr. 66: Todesfall des Abtes 1717; Nr. 205: Infussteuer, Rep. 97d Grundherrschaftl. Rechte zu Ranfels, Zenting, Harschestreut, Schönberg, Glotzing u. a., desgl. in Rep. 97c, e, dd, Rep. 99/16 Nr. 7; Extradiktion des Klosters an das Damenstift 1784. StA Neuburg Graseggersammlung, Specialia: Akt von 1434 – Diözesanarchiv Passau: Passionstabellen 1759/60, desgl. Fastenindulgenzen; Verkauf des Klostergebäudes 1853–58 (geplant war: Verwandlung in ein Irrenhaus, Erwerbung durch Franziskanerinnen), desgl. durch Engl. Fräulein 1857/61; Prälatenwahlen 17/18. Jahrh.; Zehnstreit mit Niederalteich 1739; Stiftsarchiv Heiligenkreuz (Niederösterr.): Kopiaibuch die österr. Weingüter betr. 15 Jahrh., Kopie im HStA München.

Bibliographia: ACG 1498 34, 40 – BACKMUND MaGSchr 40/46 – IDEM, Chorh. 177/80 – Bavaria I 2, 1143 – BITTNER III 393 – BRACKMANN GP I 182f. – IDEM, Stud. Vorarb. 60, 65, 66 – BRUSCHIUS NESSEL Suppl. 52/62 – DEHIO Südd. 396 – DHGE II 796 – ERTL 191/94 – GERITS Prem. 353/55 – Germ. Sacra Bamberg (ed. v. GUTTENBERG) 133 – GOOVAERTS I 190, 533, II 90, 148, 154, 180, 197, 348, 381, 440, IV 226 – E. v. GUTTENBERG, Die Regesten der Bischöfe und des Domkapitels von Bamberg, Würzburg 1932, 43/44, Nr. 82 – HANFSTAENGL/HEGE Taf. 38/48 – HARTIG Ndb. 238/58 – HAtNdb, edd. F. JÜNGMANN/STADLER, Altbayern Heft 29, Lkr. Vilshofen (München 1972) 68/69, 99, 100 – ITEM Heft 30, Lkr. Landau/Isar, edd. O. HELWIG – ITEM Heft 31, Lkr. Pfarrkirchen, edd. I. LOUIS, München 1973, 58/62 – HHD VII 532/33 – HUGO Ann II 461/72, prob. 283/58 – HUND/GEWOLD Rat 4/39 – JL 8970 – JbDG Friedr. I 766 – JOHN The Canons, 1966, 58 – KRAUSEN Zusammensetzung – IDEM Roteln – KRICK 40/56, 335/38 – KDB IV 14, 71/101 – KFRecl 611/13 – Kunstf. Schnell (1938) 291/92, (7. Aufl. 1975) – LAIRUELZ 409/10 – LEHMANN/BROCKHAUS 1014/15 – LEIDINGER 695 – LIEB Barockk. 49/55 – LiSal 366/70 – LThK VII 1275 (3. Aufl.) – MB XIII 321/503 – MEIDINGER I 355/58, II 46/49 – MELCHINGER II 600/03 – MGH SS XV/2, 1105 f. (Annales Osterhovienses) – OSWALD 97/111, 117ff. – POTTHAST RPR 7029/30, 8503, 8506/07, 8519, 15332 – RegBoica Regb. 287 – RegUrkb II 538 – RepGerm II 947, III 191, IV 3103 – RIEZLER I 1, 207 – SANTIFALLER I 1, 125, 216, II 1, 93, 109, 275 – SCHEGLMANN I 60/65 – SPECHT cf. ind. – Sulzb. Kal. 1902, 51/59 – WAEFELGHEM 187/88 – WENING II 191 – WICHMANN II 435 – ZIMMERMANN Churb. GKal III 476/594 – ZIMMERMANN Kloherald. 112/13 – P. K. BAUDENBACHER, Osterhofen-Damenstift, O. 1904 – K. Bosl, Klöster und Forste in Bayern, VHO Bd. CVI, 1966, 43/62 – G. DIEPOLDER, Oberbayrische und niederbayrische Adelsherrschaften, ZBLG XXV, Heft 1, München 1962, 39/70 – E. ERENS, Petitio in favorem abbatiae de Osterhofen 1775 (Anal. Praem IX 1932, 78) – A. FEULNER, Unbekannte

